

John Dugan  
SUNY at Buffalo  
jdugan@acsu.buffalo.edu

Catullus and Horace Panel  
APA Annual Meeting  
Washington D.C.  
December 28, 1998

*(Non) Bona Dicta:*  
**Intertextuality between Catullus 11 and Cicero *De Oratore***

1. Catullus 11:

Furi et Aureli, comites Catulli,  
siue in extremos penetrabit Indos,  
litus ut longe resonante Eoa  
tunditur unda,

siue in Hyrcanos Arabesue molles,  
seu Sacas sagittiferosue Parthos,  
siue quae septemgeminus colorat  
aequora Nilus,

siue trans altas gradietur Alpes,  
Caesaris uisens monumenta magni,  
Gallicum Rhenum horribilesque ulti  
mosque Britannos,

omnia haec, quaecumque feret uoluntas  
caelitum, temptare simul parati,  
pauca nuntiate meae puellae  
**non bona dicta.**

cum suis uiuat ualeatque moechis,  
quos simul complexa tenet trecentos,  
nullum amans uere, sed identidem omnium  
ilia rumpens;

nec meum respectet, ut ante, amorem,  
qui illius culpa cecidit uelut prati  
ultimi flos, praetereunte postquam  
tactus aratro est.

2. Catullus 76.7-9:

nam quaecumque homines bene cuiquam aut dicere possunt  
aut facere, haec a te dictaque factaque sunt.  
omnia quae ingratae perierunt credita menti.

3. Catullus 104:

credis me potuisse meae maledicere vitae  
ambobus mihi quae carior est oculis?  
non potui, nec, si possem, tam perditae amarem.

4. Plautus *Amphytrio* 24f.:

uerum profecto hoc petere me precario  
a uobis iussit leniter **dictis bonis.**

5. Cicero *De Orat.* 2.222 [ed. Kumaniecki]:  
quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrant, cum salsissime dici possunt, tenere. itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapienti facilius ore in ardente opprimi, quam **bona dicta** teneat [Trag. 398-99 Ribbeck = Scaen. 412 Vahlen]; haec scilicet **bona dicta** quae salsa sint; nam ea dicta appellantur proprio iam nomine.

6. S. Hinds, *Allusion and Intertext: dynamics of appropriation in Roman poetry.* (Cambridge, 1998) p. 34:

“In short, the fact that language renders us always already acculturated guarantees that there is no such thing as a wholly non-negotiable confluence, no such thing as zero-interpretability.”

7. Catullus 8.11-19:

sed obstinata mente perfer, obdura.  
vale, puella. iam Catullus obdurat,  
nec te requiret nec rogabit invitam.  
at tu dolebis, cum rogaberis nulla.  
scelesta, vae te, quae tibi manet vita?  
quis nunc te adibit? cui videberis bella?  
quem nunc amabis? cuius esse diceris?  
quem basiabis? cui labella mordebis?  
at tu, Catulle, destinatus obdura.

Works Cited:

W. Batstone, “Dry Pumice and the Programmatic Language of Catullus 1.” *CP* 93 (1998) 125-35.

D.R. Sweet, “Catullus 11: A Study in Perspective.” *Latomus* 46 (1987) 510-526.